

Littere Regis Gallie quibus Cesarum ad Monomachiam provocavit, e gallico sermone in latinum versa.

77

© Nos Franciscus Dei Gratia Francorum rex: Penne Dominus & Tibi Carolo eadem gratia electo Imperatori et Regi Hispaniarum notum facimus, quod cum ad aures nostras pervenerit te in aliquibus responsionibus per te redditis oratoribus et fecialibus nostris pro pace componenda ad te destinandis, dum te voluisti injuste exarsari nos accusasse, dicens te habere fidem nostram, nosque sub ea et contra nostram promissionem e manibus protestateque tua elapsos esse. Pro defensione igitur honoris nostri, in hac re nimium praterq; veritatem lasi, volumus has literas ad te mittere, quibus si tametsi nullus homo captivus servatus possit obligari ad prestandum quod fide pollicitus est, sitque hoc non satis sufficiens excusatio, nihilominus tamen ut omnibus satisfacerem, et nostro simul honore, quem semper servamus servaturi, que favente deo sumus usque ad extremum vite nostre habitum, quod si tu vel voluisti, vel vis culpam aliquam impingere non solum ob nostra fidem evacionemque, verum etiam dicens te aliquid fecisse viro nobili sui honoris studioso indignum, dicimus te ore mentitum esse, mentiturumque quoties ad ipsum dicturus es deliberati sumus honorem nostrum ad extremum diem vite nostre tutari.

Quapropter si prater veritatem nos: ut dictum
est ledere volueris deinceps nihil amplius ad
nos scribas, sed assignato locum tutum certa-
mini, et nos arma feremus protestantes, si post
hanc declarationem alibi vel scribis, vel diuis,
verba aduersus honorem nostrum dedecus dilati-
cundati confluctus certaminis tibi imputandum
esse, quandoquidem cum ad certamen deventum
fuerit, omnia scripta cessatura sunt. Datum
in nostro bono oppido et ciuitate Parisiensi
die XXVIII. Martij. Anno Domini Millesimo
quingentesimo vigesimo octavo.

scrip: Kalinowski.